Quelle: https://manuscripta.at/?ID=41832
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



diesq; nostros in tua
pace disponas ⁊ c.

In die Ascensione
domini prefatio

Per omnia secula
seculorum Do-
minus vobiscum Sur-
sum corda Gratias
agamus domino deo
nostro Vere dignum
et iustum est equum
et salutare Nos tibi
semper et vbiq; gra-
cias agere · Domine
sancte pater omnipo-
tens eterne deus · per
xpm dominum nostrum ·
Qui post resurrectio-
nem suam omnibus
discipulis suis ma-
nifestus apparuit ·
Et ipsis cernentibus
est eleuatus in celum
vt nos diuinitatis
sue tribueret esse
participes Et ideo
cum angelis et archan-
gelis cum thronis
et dominationibus
Cumq; omni mili-
cia celestis exercitus
hymnum glorie tue
canimus sine fine di-
centes Infra actio-
nem

Communi-
cantes et diem
sacratissimum celebran-
tes quo dominus nos-
ter vnigenitus filius
tuus vnitam sibi fra-
gilitatis nostre sub-
stanciam in glorie
tue dextera colloca-
uit · Sed et memori-
am venerantes · In
primis gloriose sem-
perq; virginis marie
genitricis eiusdem